Minime tristor, karissime,<sup>a</sup> super Longobardorum deceptione; non enim deceperunt me, qui nequaquam habui fidem<sup>b</sup> promissis eorum. De preteritis eorum fallaciis non curo, de futuris per Dei gratiam mihi cauebo. Non parum autem miror de te, qui et multam<sup>c</sup> preteritorum habes memoriam, et non minorem futurorum iactaris habere prouidentiam, quod illius C(ononis) partibus consensisti, qui nec in sua terra aliquid tibi umquam<sup>d</sup> donauit, neque posse donare fertur nec aliquid auferre in regno Italiae. Sed quamuis in hac causa non bene tibimet consuluisse uidearis, et mihi amicos meos probanti suffragium nullum prebueris, expectabo tamen illud optimum consilium quod mihi te daturum promittis, si tibi credere uolero. Manda ergo mihi per litteras quomodo uis ut tibi credam et que beneficia mihi proueniant per tuum consilium ex dono illius C(ononis) si regnum Italiae, quod mihi promittitur, et quod adipisci possem (Deo uolente) si multum curarem, quaerere desiero.<sup>e</sup> Mulam quam rogasti non possum ad presens tibi mittere, quia non habeo talem qualem ad opus tuum uellem, nec repperitur in nostris partibus mula cornuta, uel quae tres caudas habeat, uel quinque pedes, uel alia huiusmodi, ut congrue possis eam dicere mirabilem. Mittam uero tibi quam cicius potero unam optimam ex melioribus quas repperire possim in nostra patria cum freno pretioso. Ceterum tapetum possem tibi mittere nisi fuissem oblitus quantae longitudinis et latitudinis tapetum iamdudum requisisti. Rememora ergo, precor, quam longum et latum esse uelis, et mittetur tibi si inuenire potuero.<sup>f</sup> Sin autem, iubebo tibi fieri quale uolueris, si consuetudo fuerit

<sup>c</sup> tibi dabo LDR      <sup>d</sup> Vale om. P

113 LDRCP      <sup>a</sup> karissime om. DR  
supra L)      <sup>c</sup> multum P, ante corr. L  
om. P      <sup>f</sup> potero LDRC

<sup>b</sup> fidem habuissem LDR (fidem  
<sup>d</sup> numquam P      <sup>e</sup> desiero

you, you will not lose your reward,<sup>3</sup> and whatever you should want of me, I shall give you. Farewell.

*Duke William V of Aquitaine to Bishop Leo of Vercelli*<sup>1</sup>  
c. late 1025

To Bishop L(eo) of Vercelli from his very dear friend W(illiam) of Poitiers, with his greetings and the offer of his service.

I am by no means disheartened, my dear friend, at being deceived by the Lombards, for they did not deceive me since I had no faith in their promises. As regards their intrigues in the past, I have put them out of my mind; and for the future, I shall, by God's grace, be on my guard. I am, however, very much astonished at your having so much regard for the past and at your claiming to have as much foresight for the future in supporting C(onrad), who has never given you anything in his own land and who is said to be unable to give or to take away anything in the kingdom of Italy. But though you would seem to have been ill-advised here as concerns your own interests, and though you did not support me when I was putting my friends to the test, I shall still look forward to the excellent advice that you promise to send me if I would trust you. So write and let me know how you want me to trust you and what benefits you will advise C(onrad) to give me if I abandon my efforts to obtain the kingdom of Italy, which has been promised to me and which I might be able to secure, God willing, if I really wanted to. As to your request for a mule, I cannot send it to you at present because I do not have one that I would want you to use, and there is none to be found in our land that has horns, or three tails, or five feet, or any other feature that would warrant your calling it wonderful. But I shall send you as soon as I can the very best one that I can find in our land along with a precious bridle. As for the hangings, I could send them to you if I had not forgotten the length and width of those you asked for earlier. So I beg you to refresh my memory as to the length and width you want, and I shall send them to you if I can find them. Otherwise I shall have them made for you if

<sup>3</sup> Cf. Matt. 10: 42; Mark 9: 40.

illud texendi<sup>g</sup> apud nostrates. Nec pro his quero<sup>h</sup> mercedem illam quam polliceris, ut dones mihi quaecumque<sup>i</sup> uolueris, quod fieri non potest. Peto autem ut etiam si nihil tibi dederis,<sup>k</sup> memor sis mei in orationibus tuis, et ores pro me, 'ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus uitae meae, ut uideam uoluntatem Domini, et protegar a templo sancto eius,'<sup>2</sup> et illud optimum consilium quod mihi spondes ne differas. Promissiones tuae excitant me habere in te multam fidutiam, quia meum est amico credere, et de promissis eius non diffidere, et meum est aut nunquam promittere, aut promissa adimplere. Superius sermone nostro lusimus tecum, domine L(eo) frater carissime; nunc seria uerba dicemus. Longobardos non arguo deceptionis quam in me exercere uellent. Quantum enim<sup>l</sup> in ipsis fuit partum erat mihi<sup>m</sup> regnum Italiae si unum facere uoluisssem quod nefas iudicauis, scilicet ut ex uoluntate eorum episcopos qui essent Italiae deponerem, et alios rursum illorum arbitrio eleuarem. Sed absit a me rem huiusmodi facere, ut pastores aecclisiae quibus mei patres semper<sup>n</sup> honorem exhibuerunt, et<sup>o</sup> quos ipse quantum ualui semper exaltaui, sine crimine inhonorem. Sub hac conditione uellent quidam primorum Italiae me seu filium meum regem facere. Non laudauit mihi hanc uituperabilem conditionem prudens marchio Maginfridus, nec frater eius Alricus bonus episcopus,<sup>3</sup> quorum me sanissimo plerumque uti consilio nunquam penitui.<sup>b</sup> Quos supra omnes Italos prestantioris ingenii, fidei, bonitatis esse censeo. Siquid rerum mearum tibi pro certo placuerit quod mittere possim aut debeam, non te frustrabitur spes tua. Aequam mihi, queso, repende uicem, ut et ipse uotis meis imparem te non effitias. In proxime uentura festiuitate sanctae Dei genitricis Mariae litteras tuas opto uidere, quibus animi tui secreta mihi<sup>q</sup> amico tuo fidissimo pandantur. In Christo uiuas, ualeas, uiuendo, ualendo.

<sup>g</sup> texi LDRC                    <sup>h</sup> a te add. LDRC                    <sup>i</sup> quodcumque LDRC  
<sup>k</sup> dederis tibi LDR        <sup>l</sup> enim om. LDRC        <sup>m</sup> mihi erat LDRC        <sup>n</sup> super L  
<sup>o</sup> et om. P                    <sup>p</sup> penituit LDRC                    <sup>q</sup> mihi om. LDRC

<sup>2</sup> Ps. 26: 4 (Roman Psalter).

<sup>3</sup> Manfred of Turin (see no. 111); Alricus of Asti, 1007/8–1035 (Bresslau, i. 373).

there is anyone here who can make them. In return I am not asking for the reward that you promise, namely that you would give me whatever I might want; for you cannot do so. But I am asking you, even if I should not send you anything, to remember me in your prayers and to pray for me 'that I may dwell in the house of the Lord all the days of my life and that I may see the goodwill of the Lord and be protected by his holy temple,'<sup>2</sup> and not to postpone sending the excellent advice that you promise me. Your promises move me to have great confidence in you, for I am accustomed to believe my friends and not to distrust their promises and either to make no promises myself or to carry out what I do promise.

In the preceding part of our letter, we have been jesting with you, my dear friend Bishop L(eo); now we shall speak in all earnest. I am not accusing the Lombards of trying to deceive me; for so far as they were concerned, the kingdom of Italy was mine if I had only been willing to do what I judged monstrously wrong: namely to depose the bishops in Italy whom they wanted me to and to raise to the episcopate those whom they chose. But heaven forbid that I should do anything that would unjustly dishonour the shepherds of the church whom my ancestors have always honoured and whom I myself have done all that I could to exalt. This was the condition on which some of the Italian nobles would make my son or myself king. This infamous stipulation was not commended to me by the wise Marquis Manfred nor his brother, the worthy Bishop Alricus,<sup>3</sup> whose very sound advice I have usually followed and never regretted it. In innate goodness, trustworthiness, and virtue, they are, I think, the very best of the Italians. If I have anything that you would like and that I can or ought to send you, your hope will not be in vain. I beg you to repay me like for like, for thus you yourself will be doing all that I might pray for. On the next feast of God's holy mother Mary I hope to see a letter from you in which you disclose the secrets of your mind to me, your very faithful friend. Long life and good health to you, living and flourishing in Christ.



## 114

*Hildegard to Fulbert: expressing his regret that he cannot visit Poitiers and sending various greetings*

*late 1025–early 1026*

Domino suo F(ulberto) H(ildegarius) fidelis eius ad uotum omnia bene contingere.

Priorem tuae penitentiae causam super honore beati Hylarii suscepto iustam esse noui, pater, sequentem gratiae tuae potius quam iusto reputans. Cum sim tuorum minimus neque necessarii nomine dignus,<sup>1</sup> illud dumtaxat competenter dixerim, quod tua<sup>a</sup> presentia carere multum mihi sit incommodum, ut puta rudi cotidie tuis eruditionibus egenti, necnon ab obsequio almae Dei parentis iam diu uacanti. Ferre tamen hoc et tuas licet graues ad nos ueniendi protelaciones quia sic iubes utcumque satagerem, dum certus essem ecclesiam sancti Hylarii a te in proximo frequentandam<sup>b</sup> aliquatenus exaltari. Tanti esse mihi exinde prouentura tibi coram Deo et hominibus gratia, cuius spe uehementer captus mirum in modum clientelae tuae tandiu me absentari et a supradictae dominae seruitio quasi emancipari<sup>c</sup> pertulerim. Tanti esset mihi preterea quandam famae tuae minorationem abigi, quam ingruentem<sup>d</sup> uideo, nisi quid<sup>e</sup> tu ipse loco suscepto profueris. Sed cum te plus biennio detinuerit hinc sollicitudo pastoralis, hinc principum discordia, nescio quando nisi illis obeuntibus componenda, orturis<sup>f</sup> forsitan aliis pluribus causis te itidem remoraturis, uix ausim sperare te uel semel Pictauorum fines reuisere, et prout geris animo illi egregio confessori Christi deseruire. Sperabo tamen etiam adhuc sicut promittis, uice tua quod potero seruiens interim, letum rei exitum mihi tibiue annuere Deum assiduus uocibus et hanelis precibus orans. Dic, queso, pater, quis unquam tyro sine duce militauit? Quis alto mari sine remige credere se uoluit? G(uillelmus) comes amicus tuus et canonici nostri te resalutant adhuc fideliter. Iordanis etiam Lemouicensis episcopus, cui olim suffragium prestitisti apud archiepiscopum Bituricensem, plurima te salute impertiens, rogat suppliciter ut mittas ei uitam sancti Leonardi in episcopatu suo quiescentis (ut aiunt), sicubi<sup>g</sup>

114 LDRP

<sup>c</sup> mancipari LDR

<sup>f</sup> orituris DR

<sup>a</sup> tui LDR

<sup>d</sup> incongruentem LDR

<sup>g</sup> sicubi] sic *corr.* to si L si DR

<sup>b</sup> certus . . . frequentandam *om.* P

<sup>e</sup> quod DP quidem R

*Hildegard to Fulbert*

*late 1025–early 1026*

To his lord, F(ulbert), from H(ildegard), his faithful servant, with his wish that all may turn out well as he has prayed.

I know that the first reason why you regret having taken charge of Saint-Hilaire is just, father, but I think that the next is due more to your good will than is right. Though I am the least of your servants and not worthy to be called your friend,<sup>1</sup> yet I can truly say that I find your absence very troublesome; for I am inexperienced and need your instructions daily, and I have not been there to serve God's loving mother for a long time. But since you ask me to bear with this and with the disappointment of your oft-postponed visits, I would try as best I can to do so if I were certain that you were soon going to visit Saint-Hilaire and bring it some relief. The favour that you would thus find in the eyes of God and men would mean so much to me that once the wonderful hope that you might come had taken forceful hold of me, I might endure my long absence from your protection and, as it were, release from serving our Lady. It would also mean much to me to defend your reputation against the disparagement that I see attacking it unless you yourself do something for the church you have received. But since you have been detained for more than two years by your pastoral duties and by the struggle among the princes (and I know not when it will be settled as long as they are alive), and since many other matters may also arise to delay you, I hardly dare to hope that you will even once return to Poitiers and serve Christ's illustrious confessor as you have in mind. But I shall still hope that you will do as you promise. Meanwhile I am doing what I can to serve in your place and constantly praying and begging God to grant that this may turn out well for both of us. Please tell me, father, what recruit ever fought without a captain, or who was ever willing to venture on the high seas without a coxswain? Your friend Count W(illiam) and our canons still send you their faithful greetings. Bishop Jordan of Limoges, whom you earlier supported in his struggle with the archbishop of Bourges, also sends you his best wishes and humbly asks you to send him a life of St. Leonard (who is said to be

114. <sup>1</sup> Cf. 1 Cor. 15: 9.

repperire poteris.<sup>2</sup> Pulchre dicas hoc tibi feneratum esse.<sup>3</sup> Ex mea quoque parte non uos peniteat (te dico dominum meum karissimum, tuumque<sup>h</sup> Sigonem probis moribus et artibus<sup>i</sup> magnum) centenas millenas excipere salutes. Ne te scripti mei tedeat, ineptiarum quaedam legatis<sup>k</sup> dicere iussi quae audire poteris cum uolueris. Vale, karissime pater.<sup>l</sup>

## 115

*Hildegard to Fulbert: informing him of the reaction to his stand as regards King Henry's election*<sup>1</sup> c. spring 1026

Dilectissimo domino suo F(ulberto) episcopo H(ildegarius) eius fidelis iuxta Domini preceptum serpentinam prudentiam columbina simplicitate peditam.<sup>2</sup>

Quod tuo, beatissime pater, aliorumque multorum relatu perceperam, id ipsum nuper domno Beraldo Suessionis episcopo referente cognoui, scilicet incurrisse te grauissimum reginae odium fauentem potius marito suo de constituendo rege maiore filio, quem dicunt simulatorem esse, segnem, mollem, in negligendo iure patrissaturum, fratri suo iuniori attribuentes his contraria. Te quoque plurimi coepiscoporum mordent clanculum,<sup>3</sup> uel ab eis uel<sup>a</sup> a ceteris quasi quintum malleum a quatuor Pitariorum pro hac causa dissonantem.<sup>4</sup> Vnde quantum ex uerbis supradicti presulis aduerti sententiam coepiscoporum tuorum Francigenarum super hoc agendum negotium intimare tibi non me piguit, ut si forte sanior est, ei ne refrageris,<sup>b</sup> et a periculo tibi caueas. Est autem haec eorum ad componendam utrinque<sup>c</sup> litem sententia: patre uiuente nullum regem sibi<sup>d</sup> creari; quod si acrius institerint in uita patris hoc fieri, quem meliorem senserit<sup>e</sup> ad regem debere sublimari. Videas, pater prudentissime, ne sis plus

<sup>h</sup> tuum quoque P      <sup>i</sup> actibus DR      <sup>k</sup> legatos P      <sup>l</sup> Vale . . . pater]  
Valete P

115 LDRC      <sup>a</sup> ab . . . uel] ab eis L      ut ab eis C      <sup>b</sup> refrangeris L  
<sup>c</sup> utrique ante corr. L      utrumque C      <sup>d</sup> sibi regem C      <sup>e</sup> censeat C

<sup>2</sup> Jordan had been provost of the church of Saint-Léonard (see pp. 164 f.). The cult of St. Leonard first began to spread outside Limoges about this time, and Jordan may be responsible for the writing of the oldest extant life (see A. Poncelet, *AASS*, Nov. iii. 139 ff.).

<sup>3</sup> Cf. Terence, *Phorm.* 493.

buried in his diocese) if you can find one somewhere.<sup>2</sup> You can truly say that your help has been repaid with interest.<sup>3</sup> For my part, I hope it will not displease the two of you (I mean you, my very dear lord, and your friend Sigo, who is powerful in holiness and learning) to accept a hundred thousand greetings each. So that you may not tire of my scribbling, I have instructed the messengers to tell you some trivial matters which you can hear at leisure. Farewell, dearest father.

*Hildegard to Fulbert*<sup>1</sup>

c. spring 1026

To his very dear lord, Bishop F(ulbert), from H(ildegard), his faithful servant, with his prayer that he may follow the Lord's counsel in combining the wisdom of the serpent with the simplicity of the dove.<sup>2</sup>

What I had heard from you, most holy father, and from many others, I also recently learned from Bishop Beroldus of Soissons: namely that you have incurred the queen's bitterest hatred by opposing her and supporting her husband in making the elder son king. They say he is a hypocrite, lazy, weak, and ready to take after his father in having no regard for what is lawful, and attribute the opposite qualities to his younger brother. You are also being secretly attacked<sup>3</sup> by many of your fellow bishops who say that by differing from them and the others in this matter you are causing discord like a fifth hammer striking with Pythagoras' four.<sup>4</sup> Having learned this from Bishop Beroldus, I think I ought to tell you how your fellow bishops in France have decided to handle it so that if it should be the wiser part, you would not oppose it and thus avoid exposing yourself to danger. This is how they think the controversy between them should be settled: while the father is alive, they themselves would have no one made king over them; but if they should press on in demanding that it be done during the father's lifetime, the one who he feels is better qualified should be raised to the throne. See to it, father, that in

115. <sup>1</sup> See pp. lxxxviii f.

<sup>2</sup> See Matt. 10: 16.

<sup>3</sup> Cf. Terence, *Eun.* 411.  
<sup>4</sup> Cf. Boethius, *De musica*, i. 10 (*PL* lxiii. 1178). The four Pythagorean hammers produced intervals of the fourth, fifth, and octave, and the interval produced by any other note was considered dissonant.

aequo iustus, nec a sanctis consacerdotibus tuis perperam dissi-  
deas.<sup>f</sup>

Insani nomen sanus feret, aequus iniqui,  
ultra quam satis est uirtutem si petat ipsam.<sup>5</sup>  
Inuidiam nimio cultu uitare memento;  
quae si non ledit, tamen hanc sufferre molestum est.<sup>6</sup>

Adsit tibi in omnibus magni consilii angelus,<sup>7</sup> mihi quoque  
tribuat uidere faciem tuam desiderantissimam.<sup>g</sup> Siquid forte  
insolenti<sup>h</sup> susurro tecum ago, facilem, queso, apud te ueniae locum  
obtimeam, cum magis ex prompta fidelitate quam improba temeri-  
tate peccauerim. Vale.

## 116

*Duke William V of Aquitaine to Fulbert: inviting him to  
Poitiers and informing him of his position as regards King  
Henry's election* 19-29 May 1026

Domino F(ulberto) uenerabili Carnotensium episcopo G(uillel-  
mus) Dei gratia dux Aquitaniae salutem et caras amicitias.

Cum primum ad nos Pictauim, presul optime, uenire dignatus  
es, et nostrae petitioni ut curam loci sancti Hylarii gereres ad-  
quiescere, gaudium magnum fuit nobis. Sed huic gaudio multa<sup>a</sup>  
intercedit<sup>b</sup> egritudo<sup>1</sup> quod ad nos redire<sup>c</sup> dissimulas. Vnde tuam  
precamur gratiam, noli dimittere quin uenias, si fieri potest in  
octauis Pentecosten, sin autem, uel octo diebus ante natiuitatem  
sancti Iohannis Baptistae.<sup>2</sup> Tutum iter paciscimur<sup>d</sup> tibi ambulanti  
cum clericis et domesticis tuis. Apud nos satis militum habebis.  
Si non manseris nobiscum plus quam triduo, in ipsius temporis  
articulo plurimum nos recreabis. O si uenisses in proxime preteri-  
tis rogacionibus, quantam nobis et episcopis nostris et obtimatibus  
consolacionem et letitiam fecisses, tempestiue si uelles Carnotum  
ad diem festum Pentecosten reuersurus, uel si te subducere uelles

<sup>f</sup> dissileas C    <sup>g</sup> desideratissimam *post corr.* L, DR    <sup>h</sup> Sed quid forte  
insoliti C

116 LDRP    <sup>a</sup> multa *om.* P    <sup>b</sup> intercedit DR    <sup>c</sup> uenire P  
<sup>d</sup> paciscimur LDR    paciscismur P

<sup>5</sup> Horace, *Ep.* i. 6. 15 f.

<sup>7</sup> Cf. no. 132.

<sup>6</sup> *Disticha Catonis*, ii. 13.

your great wisdom you are not being more just than is reasonable  
and that you are not making a mistake in disagreeing with your  
fellow bishops.

Call the wise man mad, the just unjust,  
If even for virtue's self he strives unduly.<sup>5</sup>  
Hatred avoid with all possible care;  
It may do no harm, but 'tis painful to bear.<sup>6</sup>

May the Angel of Great Counsel<sup>7</sup> be always with you, and may  
he grant that I may see your face as is my heart's desire. If I seem  
in any way impertinent in running to you with these tales, I beg  
that I may easily obtain your forgiveness, since I shall have sinned  
because of my eagerness to be faithful rather than from impudent  
rashness. Farewell.

*Duke William V of Aquitaine to Fulbert 19-29 May 1026*

To F(ulbert), venerable bishop of Chartres, from W(illiam), by  
grace of God duke of Aquitaine, with his greetings and loving  
friendship.

When you first deigned to visit us at Poitiers, dear bishop,  
and to comply with our request to take charge of Saint-Hilaire,  
we were filled with great joy, but our joy is giving way to great  
disappointment<sup>1</sup> at your failure to return. So we beg your grace  
not to abandon your plan to come here, if possible during the  
octave of Pentecost, but if not, at least for the week before the  
Nativity of St. John the Baptist.<sup>2</sup> We shall see to it that the road  
is safe for you to travel with your clerks and servants. While you  
are with us, you will have sufficient protection. Even if you stay  
with us only three days, in that brief time you will greatly refresh  
us. If you had only come for the last Rogation days, how much  
comfort and joy you would have brought us and our bishops and  
nobles! You could have returned to Chartres in good time for  
Pentecost if you so wished, or you would have had an honourable

116. <sup>1</sup> Cf. Terence, *And.* 961.

<sup>2</sup> i.e. 17 June, the Nativity of St. John (apparently a great feast-day for  
Duke William (see p. 164 n. 1)) being 24 June. Pentecost in 1026 fell on 29  
May.

ne ires ad curiam domini regis, satis honestam causam habiturus.<sup>3</sup> Quam in presenti adire dimitto, minores inimicicias me suscepturum putans ob meam absentiam, quam si essem cum domno rege uel regina non consensus in ordinando rege absque<sup>e</sup> meo fratre Odone comite.<sup>4</sup> Quem enim ipse regem fieri uoluerit,<sup>f</sup> ipsum et me uelle pro certo noueritis.<sup>g</sup> De eius cum domino<sup>h</sup> rege concordia quicquid audieris, et ubi sit si nosti, peto rescribe, et si noui regis erit sacratio aut non, et cuius. Vale.

## 117

*Hildegard to Fulbert: advising him as regards the treasurer-ship of Saint-Hilaire and setting a date for his visit to Chartres*  
19-29 May(?) 1026

Domino suo F(ulberto) episcopo H(ildegarius) seruulus eius gaudium perpetuae salutis.

In litteris amici tui G(uillelmi)<sup>a</sup> comitis multam deprehendere potes erga te benignitatem, familiaritatem, amicitiam, sustentiam, quae non opus est mihi exponere tibi optime scienti. Vita tua ac illius comite non amittes susceptum honorem si tenere uolueris. Suadeo ergo ne facias uel scribas eius<sup>b</sup> repudium si intelligis fore tibi utilem<sup>c</sup> et ecclesiae tuae restauracioni, et si est tibi animus et facultas ad ipsum ueniendi ut rogat, et mihi uicarium subrogandi, uel socium addendi.<sup>d</sup> Nullatenus enim ferre possum nisi iussione tua coactus uel absentari penitus me<sup>e</sup> uel<sup>f</sup> abesse diutius obsequiis alme Dei genitricis et tuis, desiderans ut ceruus ad fontes aquarum<sup>1</sup> tuis plenius instrui documentis, omni auro et argento ipsa etiam uita mihi<sup>g</sup> carioribus. Volo interim mandes mihi, bone pater, quid mercedis erit labori meo tantulo, scilicet utrum iubeas ad presens non obturari<sup>h</sup> os bouis triturantis,<sup>2</sup> an uelud Ysaac Iacob filium suum benedicens, caligantibus oculis prophetans, in presentique filium non uidens,<sup>3</sup> multa mihi bona in posterum preuideas. Feria secunda post octabas Pentecosten

<sup>e</sup> atque LD, ante corr. R?

<sup>f</sup> noluerit L

<sup>g</sup> noueris LDR

<sup>h</sup> domino om. P

117 LDRCP <sup>a</sup> G.] et P

<sup>b</sup> eius corr. to ei L ei DR

<sup>c</sup> utilem

corr. to utile L utile DR

<sup>d</sup> uel . . . addendi om. P

<sup>e</sup> me penitus

LDRC <sup>f</sup> uel om. LP

<sup>g</sup> mihi om. DR

<sup>h</sup> obturaris P

excuse if you wanted to put yourself out of reach so as to avoid going to the king's court.<sup>3</sup> I myself am staying away from there for the present, since I think that I shall incur less enmity by my absence than if I should not consent to the wishes of the king or the queen in making a king unless my brother Count Odo<sup>4</sup> does so too. You may be sure that his choice for king will also be mine. Whatever you hear as regards his reaching an agreement with the king and when it will take place, if you know, please write and tell me, and also whether a new king is to be consecrated or not, and if so, who. Farewell.

*Hildegard to Fulbert*

19-29 May(?) 1026

To his lord, Bishop F(ulbert), from H(ildegard), his humble servant, with his wishes for the joy of eternal salvation.

In your friend Count W(illiam's) letter you can perceive his great kindness, warmth, friendship, and loyalty toward you, and there is no need for me to dwell on these matters, since you are well acquainted with them. During your lifetime and his you will not lose the position you have received if you wish to keep it. So I advise you not to resign it either by word or in writing if you think it might be of some benefit to you and the rebuilding of your church, and if you intend and are able to visit him as he asks and to appoint a vicar for me or to give me a colleague. Unless you force me to, I can in no wise bear being permanently absent or away any longer from serving God's loving mother and you; and as the hart panteth after the fountains of water,<sup>1</sup> so I long to be more fully instructed by your teachings, which are more precious to me than all gold and silver and even life itself. Meanwhile, dear father, please write and tell me how I shall be rewarded for my meagre efforts: that is, whether you will order the mouth of the ox who is threshing to be left unbound for the present,<sup>2</sup> or whether like Isaac, who blessed his son Jacob and prophesied when he was blind and could not see his son at the time,<sup>3</sup> you foresee many good things coming to me later on. On Monday

<sup>3</sup> See pp. lxxxviii f.; no. 115.

<sup>4</sup> William and Odo of Chartres were cousins (Guillot, i. 39 n.).

117. <sup>1</sup> Cf. Ps. 41: 2.

<sup>2</sup> Cf. p. 160 n. 7.

<sup>3</sup> Cf. Gen. 27: 1 ff.

proficiscar ad te si potero, resciturus utrum uenias ad comitem in natale sancti Iohannis.<sup>4</sup>

## 118

*Fulbert to Hildegard: reproaching him for delaying his visit to Chartres<sup>1</sup>*  
after 6 June 1026

F(ulbertus) humilis episcopus H(ildegario) suo salutem.

Diu sustinui sperans te esse uenturum ut dixeras. Vnde iam nimia dilacione commotus, arguo te apud te solum. Cur enim te mendacem mihi et ingratum exhibuisti, cum tibi dulce esse debuisset paratos (siqui forent) de uenacione tua cibos seni patri inferre, ut aliquam benedictionem merereris accipere?<sup>2</sup> Noli iam morari diucius, si gaudere uis de humili gratia nostra. Vale, et ueni aut rescribe mihi quid pro certo sperare debeam de te.

## 119

*Fulbert to Duke William V of Aquitaine: thanking him for his kindness as regards Saint-Hilaire and informing him that Hildegard wishes to stay longer at Chartres*  
c. late 1026

Nobilissimo ac piissimo duci Aquitanorum G(uillelmo) F(ulbertus) Dei gratia Carnotensium episcopus salutem et oracionum fidelia.

Vestram, obtime princeps, erga me beniuolenciam expertus sum cunctis amicorum meorum beniuolenciis affectu mihi dulciorem, effectu quoque utiliore. Nam alii quidem amici mei uix<sup>a</sup> parem aliquando meritis meis uicem rependunt. Vobis autem me licet immerentem gratuitis beneficiis accumulare mira caritatis abundantia placet. Iam fere tercio anno preterito quod sic agitis, erubescerem munera uestra gratis suscepisse ni certus<sup>b</sup> essem Dominum Ihesum Christum et sanctam Mariam genitricem eius

118 LDRKCPBV

119 LDRCPB  
CB

<sup>a</sup> beniuolenciis *add.* LDRC

<sup>b</sup> ni certus] incertus

after the octave of Pentecost I shall, if possible, set out for Chartres to learn whether you are coming to visit the count for the Nativity of St. John.<sup>4</sup>

*Fulbert to Hildegard<sup>1</sup>*

after 6 June 1026

F(ulbert), a humble bishop, to his H(ildegard), with greetings.

I have waited for a long time in the hope that you would come as you said, and I am moved by your excessive tardiness to bring this as a charge against you with you alone as judge. Why have you shown yourself to be untruthful and ungrateful toward me when you should have been happy to bring your aged father a meal which was prepared (if possible) from your hunting so that you might deserve to receive a blessing?<sup>2</sup> Come at once if you wish to enjoy our humble favour. Farewell, and come or write and let me know for sure what to expect of you.

*Fulbert to Duke William V of Aquitaine*

c. late 1026

To the most noble and pious duke of Aquitaine, W(illiam), from F(ulbert), by grace of God bishop of Chartres, with his greetings and the faithful service of his prayers.

I have found from experience, dear prince, that your kindness towards me surpasses that of all my friends in its tender affection for me and in what it does to help me; for my other friends hardly ever repay me as I deserve, but it pleases you in the wonderful abundance of your charity to heap your freely given favours upon my undeserving self. Now that you have been doing so for almost three years, I would be ashamed to have accepted your gifts without making any return unless I were certain that the Lord Jesus Christ and his holy mother Mary, in whose service they

<sup>4</sup> See p. lxxxix; no. 116.

118. <sup>1</sup> See no. 117.

<sup>2</sup> Cf. Gen. 27: 1 ff., especially 25.

in cuius officio expensa sunt mercedem uobis reddituros. Preterea non defuit mihi animus uos adeundi et in uestra regione uobis obsequendi; sed multae causae difficultatis obstiterunt. Ob quod gerendum, pro certo noueritis cuncta me difficilia postpositurum, siquomodo<sup>c</sup> fuerit possibile. Hoc dicens, releuare cupio mirabilem affectus uestri erga me dulcedinem, in cuius litteris nuper legi quod gauderetis me superstitem esse in regionibus nostris, quasi desperantes numquam in uestris me uidere. Vnde auctori<sup>d</sup> tocius boni supplico, ut et uos in hac uita longum tempus superesse faciat, et me uobiscum superstitem adhuc beato Hylario uobisque deseruire concedat. Fratrem Hyldegarium uestrum et nostrum fidelem rogastis nos uobis remittere, sed deplorat quasi iam diu nostri pectoris mamillas non suxerit.<sup>1</sup> Quibus aliquandiu refici serenitatem uestram humiliter postulat, ut aspiracione dulciori uobis ac uestris postmodum complaceat. Valeatis feliciter cum omnibus uestris.

## 120

*Fulbert to Duke William V of Aquitaine: offering to resign the treasurership of Saint-Hilaire late 1026–early 1027*

Piissimo duci Aquitanorum G(uillelmo) F(ulbertus) humilis episcopus fidelitatem ex corde.

Non est mirum, serenissime princeps, siquid moueris animo contra me de hoc quod sanctissimo ac sapientissimo patri nostro Hylario tibi que debita seruicia non rependo. Magnam enim honorificenciam exhibuisti mihi, largosque dedisti munificenciae fructus, pro quibus nihil presentis emolumenti recepisse uideris. Sed est quod te reconfortare plurimum<sup>a</sup> potest, hoc uidelicet quod tuas gazas in aecclesiae beatae Mariae restauracionem expensas, non solum integras, uerum etiam multiplicatas ab ipsa recipies. Ex parte uero mea quamuis perexilis porcio mercedis estimari possit, tamen quicquid sum et possum tuum est. Si autem de malitia seculi ortae difficultates meum iter impediunt ut te frequentare non possim, et dilaciones meas expectare tedet, fac, benignissime atque dilectissime princeps, de illa dignitate quam mihi commiseras, quicquid animae tuae beneplacitum fuerit,

<sup>c</sup> siquoquo modo LDR (-quo *supra* L)

were expended, would reward you themselves. I have wanted to visit you and to serve you in your land, but many difficulties have stood in the way. You may be sure than in order to do so I would put all of them to one side if it were in any way possible. In telling you this I want to revive the wondrous sweetness of your affection for me, for I recently read in a letter from you that you would be delighted if I were still alive in our own land, as though you had lost hope of ever seeing me in yours. So I pray the Author of all goodness to vouchsafe that you may have many years left in this life and to grant that I too may live and even yet serve you and St. Hilary. You ask us to send Brother Hildegard, your faithful servant and ours, back to you; but he complains that it has been a long time since he has, so to speak, fed at our breasts.<sup>1</sup> He humbly asks your highness for time to be thus refreshed so that by his sweeter breath he may then be pleasing to you and yours. Farewell, and good fortune to you and all yours.

*Fulbert to Duke William V of Aquitaine*

*late 1026–early 1027*

To the most pious duke of Aquitaine, W(illiam), from F(ulbert), a humble bishop, with his sincere fidelity.

It is no wonder, your highness, if you are exasperated with me for not performing the services that I owe to our most holy and wise father Hilary and to you, for you have shown me great honour and bestowed on me lavish fruits of your generosity for which you have received no immediate return. But there is one point that you should find very heartening, namely that you will get back the treasures you have laid out for rebuilding St. Mary's church not only undiminished, but even multiplied by her. As for my own contribution towards your reward, however little it might seem, yet all that I am and can do is yours. But if difficulties arising from the evils of the times keep me from travelling and from being able to visit you, and if you are tired of waiting for my oft-postponed arrival, most kind and very dear prince, do whatever you wish with the office you entrusted to me, and rest

119. <sup>1</sup> Cf. 1 Cor. 3: 1 f., and Heb. 5: 12 f., where the instruction given to the Christian neophyte is compared to the milk given to children.

certo sciens quod ea causa beniuolenciam meam erga te nunquam scencies inminutam. Caetera quaedam quae scribere nolui, legato nostro<sup>b</sup> (domno uidelicet Rainone)<sup>1</sup> referente cognosces. Vale.

## 121

*Hildegard to R(aino?),<sup>1</sup> dean of Saint-Hilaire: informing him that he cannot return and asking him to convey Fulbert's offer to resign and various greetings*

*late 1026–early 1027*

Domno R(ainoni) uenerando atque amabili decano sancti Hylarii H(ildegarius) aeternam salutem.

Multae uobis gratiae referantur ex parte Dei et domini mei episcopi et mea, si (ut dicitis) rem sancti Hylarii bene custodistis; hinc profecto uos eius<sup>a</sup> fidelem et amicum nostrum quorum uicem exequi studueritis certissime probatis. Quia uero nobis<sup>b</sup> in presenti uos adire non licet, de quibus nos interrogastis significare curauimus, ut triginta quinque libras et alias quas uobis dimisi in opus sancti Hylarii per consilium boni ducis G(uillelmi) expendatis, nullam mihi partem reseruantes. Non enim possum me intromittere amplius de offitio sancti Hylarii, cum etiam uia sit mihi dominoque meo episcopo difficilis propter seculi malitiam quam nostis, et ita sanctae Mariae seruitio teneat astrictus, ut ab hoc sine dampno uel culpa dimoueri nequeam. Sed et ipsius Dei genitricis eminentiam apud sanctum Hylarium siqua ex me est huius rei deprecari posse reor offensam. Nec enim illum cui libet inferiorum postposuerim, sed clientelae matris Domini, quae etiam archangelorum omnium dignitati prelata est, iure ut puta eius alumnus quantuluscumque me reddiderim. Dicitis ergo illi prudentissimo duci ex parte domini mei episcopi, ut tali rectori committat locum sancti Hylarii<sup>c</sup> quem nec difficultas itineris nec inperitia aecclesiastici ordinis ab eius obsequio detineat. Et haec sunt rationes de quibus Ragenaldus uicedominus<sup>2</sup> ad seniore

<sup>b</sup> meo C uestro P

121 LDRP      <sup>a</sup> esse add. LDR      <sup>b</sup> uobis P      <sup>c</sup> locum . . .  
Hylarii] sancti Hylarii L sanctum Hilarium DR

120. <sup>1</sup> Raino is again mentioned in no. 122, and Fulbert's statement there suggests that he may be the addressee of no. 121 and so dean of Saint-Hilaire. Only a few of the documents in Rédet date from the late 1010s or 1020s, and

assured that you will never sense any lessening of my good will toward you because of it. There are some other matters I do not wish to put in writing which you will learn from our legate Raino.<sup>1</sup> Farewell.

*Hildegard to R(aino?),<sup>1</sup> dean of Saint-Hilaire*

*late 1026–early 1027*

To R(aino), dean of Saint-Hilaire, who is worthy to be revered and loved, from Hildegard, with eternal greetings.

May you receive many thanks from God, my bishop, and myself if, as you say, you are taking good care of Saint-Hilaire; for thus you are indeed very clearly proving yourself a faithful servant to him and a friend to us whose duties you are striving to carry out. Since we cannot visit you at present, we have written to tell you, in answer to your questions, that the thirty-five pounds and other money I have given you is to be used to defray the expenses of Saint-Hilaire as Duke W(illiam) thinks best and none of it is to be kept for me. I am not going to be able to resume my duties at Saint-Hilaire, since it is hard for my bishop and myself to make the journey because of the evil of this age which you know full well, and since I am so tied down by my duties at St. Mary's that I cannot leave them without incurring loss or guilt. I also think that God's own exalted mother can intercede with St. Hilary if I am in any way offending him in this, not that I would place him below anyone who is inferior to him, but since I am one of her nurslings, however lowly, I would rightly return to the patronage of the Lord's mother, whose grandeur surpasses even that of all the archangels. So on behalf of my bishop will you please tell the duke in his great wisdom to appoint someone to take charge of Saint-Hilaire who will not be prevented from serving him by a difficult journey or lack of experience in church affairs? These are the matters about which the vidame Reginald<sup>2</sup>

no mention is made of a dean whose name begins with 'R'; however, a subdean named Raino figures prominently in the charters concerning Saint-Hilaire from 985 to 1016 (Rédet, xiv. 54 ff.).

121. <sup>1</sup> See p. 216 n. 1.

<sup>2</sup> Of Chartres. He died c. 1035 (Merlet, pp. 116 f., 159).

meum episcopum locutus est, et unde talem uobis finem mandamus. Nunc uestram caritatem quae mihi semper fuit prestantissima<sup>d</sup> rogo, dilectissime, ut omnes clericos domni nostri dulcissimi ac beatissimi patris<sup>e</sup> Hylarii a paruo usque ad maiorem ex meo nomine salutetis, et omnibus orationum fidelia dicatis. Ipsi etiam comiti centenas millenas salutes ex mea parte conferatis, quem pre omnibus laicis diligo, memoriam eius in orationibus meis ad Deum<sup>f</sup> faciens, qualescumque ei pro amore et beneficiis quae mihi exhibuit indesinenter gratias agens. Similiter autem et domnum meum Isembertum episcopum<sup>g</sup> salutare<sup>g</sup> obsecro, cuius in me benignitatis ac hilaritatis quanta fuerit gratia, nullatenus dicere me sinit probitatis eius inmensa magnitudo. Sed et filium comitis et domnam<sup>h</sup> comitissam,<sup>h</sup> necnon alios,<sup>i</sup> quorum beniuolentia etsi inmeritis gaudebam, eodem salutis munere cunctos impertiri ne pigeat. Ad summam uos ipsum bene ualere optans, finem orationis facio.

## 122

*Fulbert to Duke William V of Aquitaine: resigning the  
treasurership of Saint-Hilaire* May-June 1027

Dilecto semperque diligendo domino et duci Aquitanorum G(uillelmo) F(ulbertus) Carnotensium humilis episcopus in hac uita se et sua omnia, in altera gaudia sempiterna.

Doleo, uir obtime, quod nuper in conuentu regis atque nostro loquendi tecum oportunitatem non habui, non de seculari negocio, sed de loco sancti patris nostri Hilarii, cuius rectorem me esse<sup>a</sup> bonitas tua uoluit; sed huius temporis malicia non permittit. Mando itaque tibi et precor absens id quod tunc presens intimare uolebam, uidelicet ut secundum beneplacitum cordis tui constituas ibi<sup>b</sup> alium thesaurarium et capiciarium de bonis clericis qui sunt in tua uicinia, quos uia longa et periculosa non disturbet ab officio, sicut me et meos hactenus disturbauit. Nec me putes, obsecro, ita prauum, ut propter hoc uidear tibi minus esse fidelis. Agnosco enim me perpetuum debitorem esse fidelitatis animae

<sup>d</sup> presentissima LDR      <sup>e</sup> nostri *add.* LDR      <sup>f</sup> semper *add.* LDR  
<sup>g</sup> salutate LDR      <sup>h</sup> dominam *post corr.* L, DR      <sup>i</sup> bene *add.* P  
122 LDRKPBV      <sup>a</sup> rectorem . . . esse] me rectorem (me *supra*) L      me esse  
rectorem DRK      <sup>b</sup> tibi LDRK

spoke to my lord the bishop, and we are asking you to settle them in this way. Now in that pre-eminent charity which you have always shown me, I ask you, my dear friend, to convey my greetings to all the clerks of our most sweet lord and blessed father Hilary from the lowest to the highest, and to assure them all of my faithful prayers. Please present a hundred thousand greetings for me to the count himself, whom I cherish above all other laymen and whom I remember in my prayers and shall never cease to thank as best I can for the love and kindnesses he has shown me. Likewise, I beg you to give my greetings to Bishop Isembertus,<sup>3</sup> whose immense integrity in no wise permits my telling of the great kindness and joy with which he bestowed his favour on me. Also please present these same greetings to the count's son, the countess,<sup>4</sup> and all the others whose good will I enjoyed albeit undeserving. Finally, in closing my letter, my best wishes to you yourself.

*Fulbert to Duke William V of Aquitaine* May-June 1027

To his dear lord, who is ever to be loved, Duke W(illiam) of Aquitaine, from F(ulbert), humble bishop of Chartres, with his offer of himself and all that is his in this life and his wishes for eternal joy in the next.

I am grieved, my dear duke, that at our recent meeting with the king I did not have an opportunity to speak with you, not about secular affairs, but about the church of our father St. Hilary, of which you in your goodness wished me to have charge; but the evil of this age does not permit it. So in my absence I am writing to ask of you what I wanted to suggest when I was present, namely for you to appoint someone else whom you would like to be treasurer and sacristan there from the excellent clerks in your neighbourhood who will not be hindered in performing their duties by a long and dangerous journey as my clerks and I have been in the past. Please do not think that in doing this I am so corrupt as to be wanting in fidelity toward you, for I am well

<sup>3</sup> Of Poitiers.

<sup>4</sup> Agnes, daughter of Otto William of Burgundy. Which of William's four sons is meant cannot be determined.



tuae et corpori, propter benignitatem quam mihi inmerito exhibuisti. Vnde certo scias quia si tibi aut populo tuo mei ministerii necessitas inmineret, et hoc mihi mandare dignum duceres, subuenirem tibi Deo duce, si non possem aliter, uel in habitu pauperis peregrini. Precor autem bonitatem tuam ut domno Rainoni<sup>1</sup> releuare digneris dampnum quod pertulit in seruuicio nostro. Vale nunc et semper, piissime atque benignissime;<sup>c</sup> ego uero nunquam obliuiscar te.

## 123

*Fulbert to Ralph, economus of Sainte-Croix of Orleans:<sup>1</sup> advising him as regards a priest who celebrated mass without receiving communion* late 1026–early 1027

F(ulbertus) Carnotensium humilis episcopus R(odulfo) sanctae ecclesiae Aurelianensis aechonomo.

Quod me scribere mones utilia clerico,<sup>a</sup> quodque de sciencia magnipendis, facis amice, facis<sup>b</sup> ut Christianae philosophiae cultor inuidiae purus. Ego uero etsi gnarus mei moduli non presumo grandia, tamen debiti memor, in quo parere possim exortacioni sanctae deesse non uolo. Scripsi itaque sicut monuisti<sup>c</sup> quid mihi uideatur agendum de presbitero illo qui missas celebrasse<sup>d</sup> et non communicasse compertus est in hunc modum. Videtur nanque diligenter inquirenda esse causa, qua sacrosanctam communionem subterfugerit: uidelicet utrum<sup>e</sup> heretica infidelitas sit, an timor ex consciencia plane mortalis criminis, an timor ex consciencia ebriositatis aut libidinis (quae quidem<sup>f</sup> miseri sacerdotes mortalia peccata esse aut nesciunt aut scire dissimulant, remordente tamen consciencia mala), an sit tedium ex multa celebratione missarum, an<sup>g</sup> timor indiscretus quo pusillanimes afficiuntur interdum pro leuibus culpis, an<sup>h</sup> morbus reumatizantis<sup>i</sup> et nauseantis stomachi, an passio cerebri mentem ledens. Si ergo infidelitas in causa inuenta fuerit, aut aliud plane mortale crimen, deponendus est auctoritate canonica usque ad legitimam satisfactionem. Si autem appetitus ebriositatis aut libidinis (quandoquidem et ipsae mortiferae sunt), ab officio remouendus est et tandiu abstinentia

<sup>c</sup> atque benignissime om. LDRK

123 LDRKFCPBV      <sup>a</sup> clero LDRKFC      <sup>b</sup> etiam add. LDRKFC  
<sup>c</sup> nouisti KF      <sup>d</sup> caelebrare CB      <sup>e</sup> utrum om. LD; si R      <sup>f</sup> quidam LDRKFC  
<sup>g</sup> sit add. KF      <sup>h</sup> aut KF      <sup>i</sup> reumazantis LDC

aware that I must always be faithful to your soul and body for the kindness you have shown my undeserving self. You may be sure that if you or your people should urgently need my services and should think it proper to let me know, I would come to your aid, God leading, and if no other way were possible, even in the guise of a poor pilgrim. I beg you in your goodness to repay Raino<sup>1</sup> for the loss he has incurred in serving us. Farewell, now and always, most pious and very kind duke. I shall indeed never forget you.

*Fulbert to Ralph, economus of Sainte-Croix of Orleans<sup>1</sup>*  
 late 1026–early 1027

F(ulbert), humble bishop of Chartres, to R(alph), *economus* of the holy church of Orleans.

In calling on me to write of matters that will help a clerk, and in having high regard for knowledge itself, you are acting as a friend and as an ungrudging admirer of Christian wisdom. Though I know my own limitations and do not venture upon great matters, yet I am conscious of my obligations and so far as I am able I wish to meet your pious request. I have set down as you asked what I think should be done as regards the priest who was found celebrating mass without receiving communion, and this is as follows. The reason why he refrained from receiving holy communion should be carefully investigated: that is, whether it was from heretical infidelity, fear because he knew that he was guilty of an obvious mortal sin, fear due to guilt of drunkenness or lust (which to be sure some wretched priests do not know are mortal sins or pretend not to know, despite the torments of a bad conscience), weariness as a result of repeatedly celebrating mass, the inordinate anxiety concerning venial sins that sometimes troubles the scrupulous, an illness that upsets and nauseates the stomach, or a mental disorder that affects the understanding. If heresy or another obvious mortal sin should be found to be the cause, he should be degraded as is prescribed in the canons until he makes proper satisfaction. If an addiction to drunkenness or lust (since these too are mortal sins), he should be removed from

122. <sup>1</sup> See p. 216 n. 1.

123. <sup>1</sup> See p. lxxvi.

castigandus, quousque relicto uicio et per Dei gratiam superato<sup>k</sup> reuocari uideatur idoneus. At<sup>l</sup> si ex frequenti missarum celebratione tedium, ita corripiendus est et per annum integrum a comunione pellendus, sicut scriptum est in xiii concilio Toletano, capitulo v.<sup>2</sup> Si uero indiscretus timor de leui culpa, castigandus esse uidetur cum pietate, sicut legitur in capitularium libro primo, capitulo vi.<sup>3</sup> At si prenotata passio stomachi uel cerebri fuerit in causa, quiescere debet a ministerio donec recuperet sospitatem. Si autem preter supradicta aliud aliquid in causa inuentum fuerit, ex ipsorum comparacione per racionacionem facile tractabitur. His breuiter assignatis saluto te<sup>m</sup> in Domino Ihesu Christo, uir obtime, qui me multosque alios iugiter et interrogatus<sup>n</sup> et dum prudenter interrogas bene doces.<sup>4</sup> Vale.<sup>o</sup>

## 124

